

Terms and Conditions

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:

Director: Mag. Renate Plöchl

Deputy director: Mag. Julian Sagmeister

Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek

Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:

Email: [landesbibliothek\(at\)ooe.gv.at](mailto:landesbibliothek(at)ooe.gv.at)

Telephone: +43(732) 7720-53100

Erffordia magna ac memorabilis vrbs puicie thuringie caput. a p̄scais erphesturt appellata. mō
 chadio z honorio inclinatio imperij originem habuit. Franci romanorū p̄sides. a rbeno ytaliam versus
 abiecerūt. Et se regi p̄prio subiecerunt. Quibus intellectis thuringi ab altera parte rbeni orientem versus
 Ex consilio regis francoꝝ merwigū eius cognatum in regem elegerūt. Is arcem cōstruxit in eo monte. z
 castrū p̄pe Erffordiam vbi nunc ecclesia sancti Dionisij extat. qd̄ vulgares Herwilsburg nomināt. Post
 eius obitum bassinus in thuringia regnum suscepit. Cui⁹ vxorem postea hildericus rex francie duxit i cō
 iugem. Per ea tempa in loco vbi nūc basilica diui andree frequētatur. villa Schildinorde extabat. in bru
 leto quoq; p̄pe fluiū Hera (qui nūc ciuitatem illabitur. z mediam ferme p̄terfluit. Cuius comoditate to
 ta ciuitas purgatur. z plurimū decoratur) Molitor sagax sua diuerticula habebat. cui nomē Erpff fuerat
 apud eius molendinuz transitus sine passagiū olim extitit. at cum temporibus clodouei regis francoꝝ ad
 annū salutis trigessimūoctauū z quadringēsimū Erffordia ortum habuit. a molitore dicto atq; transitu
 Erphesturt denominata fuit. Regnante postea apud francoꝝ tagoberto inclito rege. Is post castrū in mō
 te desolatū monasteriū celeberrimū sancto petro dicatum ordinis diui benedicti construxit. Inde mons
 sancti petri appellatus fuit. Ecclesiam quoq; sancti Bangolfi dotauit. Bonifacius postea archiep̄us ma
 guntinus sub pipino francoꝝ rege. cum thuringiam ad fidem cōuertisset ecclesiam gloriose sempq; virgi
 nis Marie edificauit. ac ibi ep̄iscopatum ordinauit. qui illico maguntine sedi cessit. Huius vrbs ager
 optimus est z herba fullonū que sandix ac saponaria dicitur pro tingendis pannis feracissimus. Per cui⁹
 arua gera fluiū z alia flumina p̄terfluit. regionem vbertim irrigantes. p̄pter quod z pecorū pascuis ha
 bundat. Post annū deinde sexagesimūsexmū supra millesimū muro circūdata ac turribus munita fuit. Et
 ciniū edibus ac monasteriorū ac ecclesiarū ornamentis mirifice creuit. thuringoꝝq; celeberrima sedes fuit.
 eo qd̄ totius regionis ferme media sit. z bladis alijsq; necessarijs copiosissima habeatur. Et cum hec regio
 ac vrbs a soluendis decimis libera fuerit. Tam ob rem multas calamitates a finitimis principibus passa
 fuit. p̄cipue temporibus heinrici terciū imperatoris. Is cum a seuerissimo suo preceptore archiep̄scopo
 Colantiensi liber euasisset. In om̄ia genera flagitiorū ruptis t̄pantie frenis p̄cipitem se dedit. Montes oēs
 Ecclesia virginis Marie Sanctus Seuerus

colliculosq; saxonie z thuringie castellis manitissimis extruxit. p̄sidiūq; imposuit. quibus cum victui ne
 cessaria minus sufficerent p̄misit. vt ex p̄rimis villis z agris hostali more predas agerent. z ad ip̄a castel
 la munienda circūquaq; manentes cogere. Vex ne manifesta tyrannide notaret. si p̄tra innocentes atq;
 in regnū p̄p̄riū grassaretur. vt impietate suā qdam religionis specie palliaret archiep̄m maguntinū modis
 om̄ibus instigauit. vt decimationes thuringie sicut ante pluries instituerat exigeret pollicens se ei in eri
 gendo summa ope affutur. Et dicto obtemperare nolentes regia maiestate coactuz. Ea tamē p̄actione vt
 ip̄az decimaz p̄tem sibi. q̄ z regie magnificentie z tanto labori suo digna forent tribueret. Ita ep̄s vanissi
 ma spe animat⁹. Synodu indixit in erphesturt. vj. ydus marcij. statuto die aderat rex. archiep̄s z herma
 nus babenbergensis ep̄s z alij q̄ ad discutendam causam fuerint euocati. Thuringoꝝ spes z fiducia po
 tissimū in abbate fuldensi z herueldensi nitebatur. Cū hī ecclias decimales plurimas et p̄dia in thuringia
 haberēt. q̄ publica discussione interpellati p̄ decimaz redditione primo p̄ deū archiep̄m rogabant. vt anti
 q̄tus tradita monasterijs legitima incōuulsa manere sineret. q̄ z sedes aplica z veteribus z recentibus scri
 ptis crebro firmasset. Et p̄decessores archiep̄i sui nūq; ifringere tēptassent. Id atroci responso archiep̄s re
 pulit. p̄decessores suos rudibus in fide auditoribus. lac potū dedit nō escam. q̄ nūc refecare vellet. z p̄fe
 ctis solidū cibū ministrare. Tanp̄m thuringi improbata synodo sedem apostolicam appellarūt s̄ rex capi
 tali sententia prohibuit. Postea exortū fuit bellū saxonici. Nulla deinceps exactio facta est decimaz. Hau
 dentibus Thuringis qd̄ occasionem inuenissent. vt traditas sibi a p̄ribus leges manu militari tuerentur.
 Et dolente rege quod dū decimis immoderatus inhiaret pene regnū cum vita amisisset. In hac vrbe mē
 ta sanctorū corpa p̄ illustrissimos delata sunt. videls Adolarij Eobani Seueri ep̄oꝝ. z vincentie quibus z
 aras z basilicas edificauerant amplissimas. In ea quoq; anno domini. 1392. Gymnasiū celeberrimū ortū
 habuit. Vbi sunt edes amplissime studentū z legentū. Ex quo iuriconsulti theologi ornatissimi. philoso
 phi ac medici excellentissimi. p̄dierūt. Perpeffa tandem fuit hec famosa vrbs vastationes ac direptiones
 p̄ incendia varia. Neq; aliqua insignis vrbs apud germanos memoratur. q̄ p̄ fatalem ac aduenticiū ignē
 toties exusta sit. Ultimo incendio magna ex parte concrematur. In festo eū genasij Anno. M. cccclxxij.
 hec p̄declara vrbs in basilicis gloriose virginis marie z Seueri in p̄te mercatorū. foroꝝ rapaz z an gra
 dus in edibus laicoꝝ ac canonicorū damnu sensit. vt pene tertia vrbs pars incendio perijt.

Adons Sancti Petri

ERFORDIA

